

reddere consuevit⁷, ut: *Eo omni immerito obuius*. Eiusdem verbi nimia assiduitas^e est, cum eodem verbo, etsi per casus variato, in una omni eademque oratione utemur, ut: *Rationis ratio rationabiliter hoc exposcit, ut eius rationi fidem nullus adhibeat, qui caruerit ratione*⁸. Continenter similiter cadentia vel similiter desinentia verba sunt, cum plura nomina vel verba in eadem sillaba terminantur. Nomina ut: *Ego vidi homines clamantes, errantes, belligerantes, dissultantes, mulieres vociferantes et etiam lacrimantes*⁹. Verba ut: *Vos tota die pererratis, nil laboratis, nullum amatis, neminem approbatis, castarum pudicitiam attemptatis, bonis omnibus repugnatis*. Verborum inconcinna transiectio est, cum verbum aliquod dissecatur, vel cum verba ultra debitum modum traiciuntur, propter quod intellectualis oculus nubilatur, ut: *Presens per me adscriptum contra gravia, Al- mitto tibi -berte*¹⁰. Et ut in isto exemplo Virgilii est yperbaton ex omni parte confusum: *Iuvenes, fortissima frustra pectora, si vobis audientem extrema cupido est certa sequi, quae sit rebus fortuna, videtis, excessere omnes aditis arisque relictis dii, quibus imperium hoc steterat, succurritis urbi incense^f, moriamur et in media arma ruamus*. Ordo enim talis est: *Iuvenes, fortissima pectora frustra succurritis urbi incense, quia excessere dii, quibus hoc imperium steterat, unde, si vobis certa cupido est, me sequi audientem, extrema ruamus in media arma et moriamur*¹¹. Longa verborum continuatio est peryodus ex multiplici-

e) asiduiatas Hs.

f) incensi Hs.

7) Vgl. Rhet. Her. IV 18.

8) Keine wörtliche Übernahme des Beispiels Rhet. Her. IV 18, aber stark davon beeinflusst. Vgl. auch Galfridus de Vinosalvo, Poetria Nova V. 1931f., F a r a l S. 256.

9) Vgl. Rhet. Her. IV 18 und Galfridus, Poetria Nova V. 1938, F a r a l S. 256.

10) Vielleicht angeregt durch das entsprechende Beispiel bei Rhet. Her. IV 18: *In priore libro has res ad te scriptas, Luci, misimus, Aeli*.

11) Vergil, Aeneis II 348–353 (ed. M y n o r s (1969) S. 137f.). Vergils Verse einschließlich der „berichtigten“ Wortstellung sind überliefert bei Isidor, Etym. I 37, 20 als Beispiel für eine Synthesis (= spezielle Form des Hyperbatons):

*Iuvenes, fortissima frustra
pectora, si vobis audendi extrema cupido est
certa sequi, quae sit rebus fortuna videtis.
Excessere omnes aditis arisque relictis
dii, quibus imperium hoc steterat; succurritis urbi
incensae; moriamur et in media arma ruamus.*

Ordo talis est: *Iuvenes fortissima pectora, frustra succurritis urbi incensae, quia excesserunt dii. Unde si vobis cupido certa est me sequi audentem extrema, ruamus in media*